

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2075

Auteur(s) : Innocent IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Les Andelys, Notre-Dame (collégiale)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1245, 7 mai

Lieu d'émission : Lyon

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Innocent IV approuve la réforme du chapitre d'Andely, faite par l'archevêque Eudes Clément.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CLXXV, p. 213.

Texte établi d'après a

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Sancte Marie de Andeliaco, Rothomagensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Hinc est quod cum, sicut asseritis, venerabilis frater noster archiepiscopus Rothomagensis provide pensans quod ecclesia vestra a sue foundationis tempore collegium canonicorum habuerat, et quod nulla persona erat ibidem que dignitatem haberet et preesset capitulo ac in spiritualibus et temporalibus gereret curam eius, ut de cetero in eadem ecclesia decanatus dignitas haberetur et decanus, qui pro tempore fuerit, per Rothomagensem archiepiscopum institueretur in ipsa et quod in alia duxit deliberatione provida statuendum, prout in litteris inde confectis plenius continetur.

Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem archiepiscopo provide factum est in hac parte ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum inseri presentibus facientes qui talis est :

In nomine Domini, amen. O., miseratione divina... (V. n° CLXXIV ; SCRIPTYTA 2074)

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire ; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Lugduni, nonis maii, pontificatus nostri anno tertio.